Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sed uideamus quales comites habuerit.
Maria magdalene a qua septem demonia
ejecerat & maria iacobi & ioseph matrem
mater tenere sua sororem marie matris dni
& matrem filiorum zebedei que paulo ante
regnum liberis postulauerat & alias quas
in euangeliis legimus. Cum ergo
factum esset uenit homo quidam diues
ab arimathia nomine ioseph. qui & ipse
discipulus erat ihu. Diues refertur in de
iactantia scriptorum quo uirum nobilem atq;
ditissimum referat ihu fuisse discipulum.
Sed ut ostendat causam quare a pilato
corpus ihu potuerit impetrare. Pauperes
enim & ignoti non erat a pilatum pridem
romane potestatis accedere & crucifixi
corpus impetrare. Item alio euangelista
ioseph iste BOYLETHC politis appellatur. id est
consiliarius. & de ipso quidem putant
primum presbyterum esse constitutum. Beatus
uir qui non habit in consilio impiorum &c. et q.
& accepto corpore ihu. inuolutum illum
sindone munda.